



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XXIV. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)



S. Gerardus Episcopus Chanandienfis, S.

Emerici Ducis Ungariæ morum Magister, ut nasceretur, à Deipara impetratus, Ungaros tenero Mariæ amore imbuit, ad ejus aram duos viros perpetuum thus litantes constituit. Sabbathum totum Mariæ dabat obsequiis. *Survius.* Aurora fidei plus lucis per Ungariam diffudit, quàm adulta dies.

S. Gerarde ora pro me Deiparam, ut ignem sinceri in eam amoris perpetuum alat cor meum, nec die nec nocte cessam ab ejus & DEI laude, ut vel sic, quidquid hæctenus à me malè actum est, suppleam; & optatam gratiæ & misericordiæ abundantiam pro agone feliciter obeundo obrineam. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies milies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Cum S. Gerardo lecto privatim hodie Mariæ nomine genu inflectam.

Sunt misericordes oculi Mariæ, qui pietatis munus ad certas regiones & loca, ad certa momenta temporū non alligârunt, illos ergo misericordes oculos ad nos cōverte. *Mart. de Mag.*

Quæstio: Indigenis, an alienigenis potius debeat Ungaria, se esse Marianam.